



# **Vita Et Doctrina Christi Domini**

**More, Henry**

**Antverpiae, 1649**

XV. Oratio Christi. Pars 1. Io. 17.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)



vnde gaudium? Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum: nemo tollet à vobis; mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius; cum autem peperit puerum iam non meminit pressura propter gaudium, quia natus est homo in mundum; & quis est mundus? & qualis futurus est infans? at gaudium vestrum erit plenum.

3. Et vnde hæc omnia? Ipse enim Pater: amat vos, quia vos me amastis & credidistis, quia ego à Deo exiui; exiui à Patre & veni in mundum: &c. (sed) ecce venit hora, & iam venit ut dispergamiñe unusquisque ad propria (& hoc parum esset, neque ita abhorrendum; at sequitur, & me solum relinquantis, &c. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Non est magna fiducia ponenda in homine fragili & mortali, &c.) Th Kemp. l. 2. c. 1. n. 3.

Domin. 5.  
post Pascha.

## XV.

Oratio Christi. Pars I. Io. 17.

1. ET subleuatis oculis in Coelum dixit, Pater venit hora, clarifica filium tuum.

In vigilia  
Ascensionis.



158 MYSTERIA PASSIONIS

*tuum*, quo fine? *ut filius tuus clarificet te* Hoc est, reuela & confirma per miracula in Passione mea, consilium tuum de Incarnatione, & morte mea, ut per me tibi accedat gloria, & *sicut dedisti ei potestatem omnis carnis*, ita hac glorificatione fac ut *omne quod dedisti ei, de eis vitam eternam*, sicut inchoatiue saltem facit, quia *hac est vita eterna ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti IESVM Christum*. Utinam ita ut in nouissimo die agnoscamur!

2. Et quidem haecenus egote *clarificaui super terram*, quasi dicat, non quaesivi gloriam meam, opus *consummaui quod dedisti mihi ut faciam; manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem meum seruauerunt*. Beati qui ita dantur, per gratiam, non sufficientem solum, sed efficacem: Quos deinde titulis tuis? Patris primum & deinde Filij. Et *nunc clarifica me claritate quam habui priusquam mundus esset apud te*. O quam longa aeternitas! quam beata! si apud ipsum.

3. *Nunc cognouerunt quia omnia quae dedisti*



*dedisti mihi abs te sunt, ita scilicet clarè & candidè professus est omnia à Patre se accepisse ut satis intelligerent: Verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, &c. Vnde ego pro eis rogo, specialiter scilicet pro Apostolis præsentibus: tu imitare eorum obedientiam, &c. ut particeps efficiaris efficacis huiusce orationis. 1. Beata anima quæ Dominum in se loquentem audit; & de ore eius consolationis verbum accipit, &c.) Th. à Kemp. l. 3. c. 1.*

## XVI.

*Oratio Christi. Ibid. Pars 2.*

1. **Q**uæ sunt quæ apprecatur Aposto- *In missa ad*  
 lis Christus? 1. *Serua eos in nomine tollendum*  
*tuò, in bona scilicet voluntate, &c. 2. Ut scisma.*  
*sint unum, voluntate scilicet & charita-*  
*te, sicut & nos, naturâ & studiis. 3. Ut ha-*  
*beant gaudium non mundanum, sed*  
*meum impletum in semetipsis, non in re-*  
*bus inanibus. 4. Non rogo ut tollas eos de*  
*mundo, sed ut serues eos à malo, peccati*  
*per consensum 5. Sanctifica eos in verita-*  
*te. 6. Pater quos dedisti mihi volo ut ubi*  
 ego.